

58. Sed hoc controversitur: An istiusmodi δίαφοια verbis institutionis affingenda, quae expressè & è diametro cum verbis Christi pugnet, & propositioni illi: HOC EST CORPUS MEVM: opponat contradictoriam: HOC EST SIGNVM ABSENTIS MEI CORPORIS: Item an talis sit admittenda δίαφοια, qua corpus & Sanguis Christi, ab externis & visibilibus Elementis, Pane & vino, tantùm absit, quantum distat supremum cœlum ab ima terra &c.

59. Hanc δίαφοιαν tanquam larvam & commentum Satanae, totum hoc verè tremendum mysterium penitus enervans & evacuans, Orthodoxi, ijs moti rationibus, quae breviter hætenus notatae magis quàm explicatae fuerunt, respuunt & damnant: & τὸ ῥητὸν nulla arte aut Sophistica eripi sibi patiuntur.

60. Oritur verò ex hoc proprio, simplice & nativo verborum singulorum Institutionis sensu, singulare quoddam & peculiare prædicationis genus: quod non est figuratum aut tropicum: neque etiam ubi-atum aut regulare: Sed inusitatum; quippe quod nullis humanae rationis regulis congruit: nec exemplum in rerum natura ullum simile habet.

61. Neque tamen ἀούσατα vel ἀντιφατικά statuimus: dū & τὸ ῥητὸν simplicitatē ac proprie-